

*Calixt III. an NvK.<sup>1)</sup> Eine von Seiten der Grafen, Herren, Adligen, Vasallen und Untertanen, der Bürger und Gemeinden und der Welt- und Ordensgeistlichen der Stadt Trier und der übrigen Städte und Orte des Trierer Landes kürzlich vorgetragene Bitte lege Folgendes dar: Nach dem Tode des Trierer Erzbischofs Otto (von Ziegenhain) hätten sie einst auf Befehl des Trierer Domkapitels, ohne die päpstliche Provision abzuwarten, Ulrich von Manderscheid als ihren Herrn und Oberbirten aufgenommen, ihm den Besitz der Burgen und Herrschaften der Trierer Kirche gewährt und ihm, der danach vom apostolischen Stuhl entfernt worden sei, noch vor der kanonischen Übertragung der Trierer Kirche auf seine Person durch eben den apostolischen Stuhl Gehorsam geleistet. Dadurch hätten Kirche, Städte und andere Orte und deren Einwohner schweren Schaden erlitten. Um Derartiges künftig zu verhindern, seien die Vorgenannten übereingekommen und hätten sich eidlich verpflichtet, keinen als Erzbischof anzuerkennen, wenn nicht vorher auf gemeinsamer Versammlung seine päpstliche Provision einwandfrei nachgewiesen sei, und bevor er nicht geschworen und mit besiegeltem Brief versichert habe, die Privilegien und Freiheiten der Vorgenannten zu bewahren und respektieren. Ferner müsse er nachweisen, dass er weder dem Trierer Domkapitel noch sonst jemandem durch Versprechungen verpflichtet sei, es sei denn, dies sei zum Wohle der Trierer Kirche geschehen. Da die Vorgenannten ihn, den Papst, um eine Approbation ihrer Übereinkunft gebeten haben, beauftragt er NvK als Kommissar, die Vereinbarung zu prüfen und alles, was darin dem Wohle der Trierer Kirche dient, kraft apostolischer Autorität zu bestätigen. Für den Fall der Billigung durch NvK kassiert er alle entgegenstehenden Verfügungen und absolviert alle entgegenstehenden Eide und Versprechungen. Er gewährt NvK das Recht, wenn er selbst verhindert sei, ein oder zwei Kommissare mit dem Fall zu beauftragen, die die Vereinbarung kraft apostolischer Autorität bestätigen können.*

*Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 459 f. 51<sup>r</sup>-52<sup>v</sup>.*

*Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 259 Anm. 209; Meuthen, NvK und der Laie 121.*

Calistus etc. dilecto filio Nicolao tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali salutem etc. Ad summi apostolatus apicem, licet insufficientibus meritis, divina dispositione vocati more prudentis patris familias, qui per semitas mandatorum indecens de sue familie statu pacifico et felici sic sollicitus cogitat, sic in singulos prospectum adhibet diligentem, ut equa inter eos vivendi norma exhibita unicuique juxta  
5 qualitates, labores et merita prebeaturn circa statum salutiferum et quietem ecclesiarum et cunctorum fidelium nostre providentie commissorum paternis et sollicitis studiis intendentes ad ea non inmerito nostre vigilantie curas convertimus, per que sublatis simulctatibus, oppressionibus atque dissidiis, scandalis quoque et aliis sinistris eventibus penitus extirpatis cultus iusticie ubique vigeat, ecclesiastica libertas et aliorum quorumlibet immunitates et iura illibata serventur rei publice tranquillitati necnon ecclesiarum  
10 potissime insignium metropolitanarum ac in eis degentium aliarumque nobis et sedi apostolice devotarum personarum incrementis commodis et quieti salubriter consulatur ac hiis, que propterea rite peracta et deliberatione provida ordinata fuisse comperimus, ut soliditatem inviolabilem obtineant et perpetuo illibata persistant apostolici muniminis adiicimus firmitatem.

Sane sicuti pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum, comitum, procerum atque nobilium  
15 vasallorum et subditorum ecclesie Treverensis necnon communitatis et civium ac universitatum ecclesiarum secularium et regularium personarum civitatis, opidorum et locorum patrie Treverensis nobis nuper exhibita petitio continebat, ipsi provide attendentes, quod cum retroactis temporibus prefata ecclesia per obitum bone memorie Ottonis olim archiepiscopi Treverensis pastoris regimine destituta existeret et ad visionem et subordinationem dilectorum filiorum capituli ecclesie Treverensis, provisione  
20 sedis apostolice minime expectata, quondam Udelricum de Mandelscheid in eorum dominum et pastorem recepissent<sup>2)</sup> ipsumque ad corporalem possessionem castrorum et dominiorum ecclesie antedictae

3 et: *folgt gestr.* tranquille. 10 aliarumque: *korr. aus* aliaque.

admisissent ac eidem, qui postmodum per eandem sedem abinde amotus est, ante provisionem et perfectionem de persona sua prefate Treverensis ecclesie per eandem sedem canonicè factas obedientiam prestitissent, ecclesia, civitas, opida et loca eorumque cives, incole et habitatores predicti damna, iacturas et detrimenta tam gravia sustinuerint, comites quoque, proceres, nobiles vasalli fideles, subditi, 25 communitates, universitates ac eis adherentes tam ecclesiastici quam seculares ad tantam divisionem et scissuram devenerint, ut exinde strages, homicidia, depopulationes, devastationes, inimicitie, guerre plurimaque enormia scandala ac alia, proch dolor, mala exorta ipsaque ecclesia et fere tota patria date fuerint in ruinam; ipsi satagentes tot et tantis malis, damnis atque incomodis pro posse occurrere et ne similia imposterum evenire contingeret, oportunis remediis obviare pro dicte sedis reverentia et honore, 30 bono pacis, quietis ac status traquilli et utilitate rei publice ecclesie, civitatis et patrie predictarum, comites, proceres, nobiles et alie persone predictæ convenientes in unum, matura super hoc deliberatione prehabita in hunc modum, qui sequitur, consensu unanimi ordinarunt et inter se concordaverunt ac bona fide tanquam per iuramenta corporaliter mutuo prestita se etiam constrinxerunt, videlicet, quod de cetero neminem in suum dominium ac ad possessionem castrorum et dominiorum dicte Treverensis ecclesie 35 recipere vel admittere sive ulli obedientiam prestare velint aut debeant, nisi eis specialiter super hoc vocatis vel insimul congregatis consiterit per sedem apostolicam de illius persona dumtaxat eidem ecclesie fuisse provisum aut alias compererint, quod talis de iure eorum verus archiepiscopus vel dominus existat ipseque, de cuius persona eidem ecclesie Treverensis rite provisum fuerit, ut prefertur, prius solemniter promiserit et iuxta consuetudinem inibi introductam et hucusque servatam iuraverit necnon 40 promissionem et iuramentum huiusmodi auctenticis litteris ipsius sigillo vallatis<sup>3)</sup>, antequam in archiepiscopum seu dominum recipiatur vel ei obedientia ac homagia debita presententur a subditis ratificaverit et confirmaverit, quod omnes et singulos supradictos et quoscumque alios sibi subditos tam ecclesiasticos quam seculares, nobiles ac populares, coniuncti et divisim in suis privilegiis et libertatibus tam a Romanis pontificibus predecessoribus nostris quam Romanorum imperatoribus et regibus necnon 45 archiepiscopis Treverensibus eius antecessoribus vel alias rite concessis necnon bonis et ab antiquo laudabiliter introductis et observatis consuetudinibus manutenere et defendere ac neminem predictorum tunc et pro tempore existentium contra illas vel illa seu iusticiam opprimere vel alias quomodolibet molestare seu, quantum in ipsum fuerit, per alium seu alios quacunque occasione vel causa opprimi, gravari seu molestari permittere debeat neque velit fidemque faciat congruentem, quod prefato capitulo 50 seu aliis quibuscumque non sit astrictus promissionibus, iuramentis vel obligationibus aut cautionibus aliis, quibus mediantibus utilis ac debite administrationis libertate privetur, nisi forte illis dumtaxat, que in salutem cedant et utilitatem ecclesie, patrie ac subditorum predictorum et que de iure veniant prestande seu prestanda certis aliis rationabilibus circa hec conditionibus et cautelis adiectis, prout in quibusdam patentibus litteris desuper confectis dicitur plenius contineri.<sup>4)</sup> 55

Quare pro parte comitum, procerum, nobilium, comunitatium civium et universitatum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut premissis omnibus et singulis, que ecclesie Treverensis necnon ipsorum omnium ac patrie pacem, quietem statumque prosperum et tranquillum, libertatum quoque et iurium eorundem conservationem cultumque iusticie profecto concernunt, pro illorum subsistentia firmiori, ne tempore dilabente imposterum satore zizanie procurante damna, scandala et detrimenta 60 huiusmodi possint iterato emergere, robor apostolice confirmationis adicere ac alias super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui inter cetera nostri cordis desideria illud potissimum reputamus, ut cuncte orbis ecclesie, precipue digniores Christieque fideles singuli nostri ministerii suffragio preserverentur a noxiis et sublati impedimentis aliisque disturbiiis votivis iugiter proficiant incrementis non hesitantes, ordinationes et 65 concordata predicta ad honorem eiusdem sedis apostolice necnon ecclesie, civitatis, patrie, subditorum et aliorum predictorum omnium utilitatem, commodum et quietem cedere ac etiam redundare et propterea ac ex aliis piis, honestis et rationabilibus causis ea omnia pari voto consensuque unanimi ordinata fuisse ambrosorum conatus, quibus ecclesias ac earum bona et iura temerariis ausibus turbare et diripere non verentur oportunis remediis cohibere necnon civitati, patrie et subditis ceterisque predictis ac eorum 70 indemnitati paterna diligencia salubriter providere volentes necnon premissorum omnium seriem ac litterarum earundem tenores, ac si de verbo ad verbum in presentibus inserti forent, pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, circumspectioni tue per apostolica scripta mandamus et

33 modum: *ü.d.Z.* 35 possessionem: *folgt gestr.* ditorum. 66 sedis: *folgt gestr.* predictæ.

committimus, quatenus, si visis per te prius et diligenter inspectis ordinationum earundem litteris tibi,  
75 super quo tuam conscienciam oneramus, visum fuerit, quod ordinationes et deliberationes predictae et in  
litteris contenta huiusmodi honorem sedis eiusdem necnon comitum, procerum, nobilium ac aliorum  
predictorum necnon civitatis, patrie ac eorundem omnium publicam utilitatem, quietem et commodum  
concernant, illa omnia et singula aut saltem ex eis illa, que tibi ad effectum premissorum vel alicuius  
eorundem iusta vel, ut prefertur, utilia videbuntur, auctoritate nostra approbes et confirmes et, que  
80 approbanda et confirmanda duxeris, perpetuis futuris temporibus viribus subsistere ac inviolabiliter ab  
omnibus observari debere eadem auctoritate decernas. Et nichilominus si approbationem et confir-  
mationem huiusmodi per te vigore presentium fieri contigerit, ut prefertur, nos ex nunc omnia et singula  
per te sic, ut premittitur, ratificata, approbata et confirmata ex certa scientia ratificamus, approbamus et  
confirmamus ac viribus subsistere decernimus necnon quascunque promissiones, cautiones, pactiones,  
85 obligationes et iuramenta, que contra ordinationes approbatas huiusmodi quovis modo per quoscunque  
facta fuerint aut fieri contigerit ac litteras desuper confectas conficiendasque sub quibusvis formis et  
verborum expressionibus sigillisve munitas ac alias qualitercunque vallatas cassamus et annullamus  
necnon eos, qui sic promiserint, caverint aut se alias obligaverint vel iuraverint, etiam si archiepiscopali,  
episcopali vel quavis alia ecclesiastica aut mundana prefulgeant dignitate, ab eisdem promissionibus,  
90 cautionibus, obligationibus et iuramentis similiter ex nunc prout ex tunc absolvimus et absolutos esse  
censemus, ita quod ad illorum observantiam minime sint astricti neque abstringi aut propterea conveniri  
possint quomodolibet in futurum, non obstantibus constitutionibus, ordinationibus, indultis, revocatio-  
nibus, concessionibus et litteris apostolicis quibusvis personis cuiuscunque status, gradus, preeminentie  
vel dignitatis fuerint, per nos vel sedem predictam sub quacunque forma vel expressione verborum et  
95 cum quibusvis derogatoriis seu aliis efficacissimis clausulis, etiam motu proprio et scientia simili in  
ipsorum favorem concessis et imposterum forsitan concedendis, per quas quisquam huiusmodi vel  
alterius status aut preeminentie adversus approbationem, confirmationem, decretum et presentes nostras  
litteras posset quomodolibet se tueri, quibus omnibus in quantum effectum presentium eliderent aut  
tollerent vel mutarent, nisi in illis de presentibus totalis et individua mentio fiat, eisdem motu et scientia  
100 expresse derogari volumus et pariter derogamus et in quantum approbationi, confirmationi, decreto  
predictis aut presentibus litteris in aliquo preiudicare possent, illa pro infectis haberi volumus ceterisque  
contrariis quibuscunque.

Volumus autem, quod, si tu premissis exequendis aliis prepeditis forsitan negociis intendere non  
potueris aut nolueris interesse, unum vel duos alium seu alios providos viros in dignitate ecclesiastica  
105 constitutos valeas deputare, qui ambo sive eorum alter premissa omnia, prout ea tibi committimus,  
eadem auctoritate in omnibus et per omnia exequantur, super quibus tibi et illis ac alteri ea omnia faciendi  
et exequendi plenam et liberam harum serie concedimus potestatem et pariter facultatem. Et insuper  
irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter  
contigerit attemptari.

110 Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo  
quinquagesimo sexto decimo kalendas ianuarii pontificatus nostri anno secundo.

Lx<sup>5)</sup>

Ja. de Viterbo.

L. Therunda.

80 temporibus: *folgt gestr.* duraturis. 97 confirmationem: *folgt gestr.* et. 107 insuper: *folgt gestr.* ex nunc.

<sup>1)</sup> Diese Bulle stimmt weitgehend mit Nr. 5054 (1456 Dezember 16) überein, enthält aber einige Zusätze wie die Nennung der Namen Ottos von Ziegenbain und Ulrichs von Manderscheid und des öfteren abweichende und längere Formulierungen. Als Taxe auf dem Original von Nr. 5054 ist dabei nur L angegeben, beim Registereintrag von Nr. 5064 hingegen LX. Die Exekution des NvK erfolgte erst am 7. April 1457; Nr. 5193.

<sup>2)</sup> Gemeint ist die Einsetzung Ulrichs von Manderscheid als Trierer Erzbischof nach dem Tod Ottos von Ziegenbain 1430. Der junge NvK hatte Ulrichs Sache auf dem Basler Konzil vertreten. Vgl. dazu ausführlich Meuthen, *Trierer Schisma 55-73* sowie AC I 1, *passim*.

<sup>3)</sup> Es handelte sich um eine Wahlkapitulation.

<sup>4)</sup> Die Union der Trierer Landstände vom 10. Mai 1456. Or.: KOBLENZ, LHA, LA 8315, 8317; Druck: Hontbeim, *Historia Trevirensis II* 423-425; Lünig, *Reichsarchiv XIX* 233-235; Scotti, *Gesetze und Verordnungen 147-151*. Eine

ausführliche Schilderung der Vorgänge liefert Lager, *Johann II.* 12-17. Vgl. auch Stramberg, *Rheinischer Antiquarius II* 5, 652-657; Knetsch, *Landständische Verfassung* 31-36; L. Graf zu Dobna, *Eine unbekannte Urkunde des Nikolaus von Kues*, in: E. Schulz (Hg.), *Gedenkschrift Martin Göbring. Studien zur europäischen Geschichte*, Wiesbaden 1968, 1-26, hier 19f.; R. Holbach, *Die Besetzung des Trierer Erzbischofsstuhls im späten Mittelalter. Konstellationen und Konflikte*, in: *Archiv für mittelrheinische Kirchengeschichte* 35 (1983) 11-48, hier 38f.; Hensel-Grobe, *St-Nikolaus-Hospital* 53f. *Unter dem Vorwand, Spaltungen und Wirren vorzubeugen, wie sie nach dem Tode Eb. Jakobs von Sierck zu erwarten waren, verfolgte die Union als eigentliches Ziel, die Wahl des Erzbischofs, v.a. via Wahlkapitulation, von der Entscheidung der Stände abhängig zu machen.*

5) *Taxierungsvermerk. S.o. Anm. 1.*